



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De astuto Priore, qui personam ob infamiam eiectam elegit, ne sua pars infirmaretur, cap. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

rotum corpus tuū lucidum erit APOLLONIVS: De hoc
audire delectat exemplum.

CAPVT XIX.

CÆSARIVS.

CVM nostris temporibus Parisijs vacaret epi-
scopatus, & electores inter se concordare non
possent, tribus sua vota cōmiserunt: qui tres
cū in vnam conuenire nequirent personam, magi-
stro Mauritio, qui vnus trium erat, duo suam dederūt
auctoritatem, vt quemcunque ipse nominaret, epi-
scopus esset. Et quia idem Mauritiū, vt rei exitus pro-
bavit, magis cupiebat prodesse, quam præesse, seipsū
nominauit, dicens: Aliorum conscientias & propo-
sitū ignoro, episcopatū hunc, gratia Dei me adiuuāte,
irreprehensibiliter regere propono. Quod & fecit:
sanctæ enim vitæ fuit, tam verbo quàm exemplo plu-
rimis profuit, dies suos in eodem episcopatu clausit.
Hoc etiam noueris, quod sæpe ambitiosi a suo desi-
derio nutu Dei fraudentur, & si præmoti fuerint, eius
permissione vix euadunt, quin in ipsis dignitatibus
periculose tribulentur, vel cum confusione deponan-
tur. Audi de his exempla fortè aliquibus necessaria.

CAPVT XX.

PRior quidam ordinis nostri defuncto Abbate *Ambitio*
suo ab abbatiā aspirans, cū tempore electio- *fos sape*
nis a Visitatore, sicut cæteri seniores, de persona *spe suè*
idonea interrogaretur, non corde, columbino, mo- *excidera.*
nachum quendam de domo eadem ob infamiam eie-
ctum nominauit: sciebat enim Prioris auctoritatem
non esse modicam, & si aliquem de conuentu nomi-
naret, per hoc suam electionem posse infirmari, &
se in suo desiderio impedire. Factum est nutu vt cre-
ditur diuino, vt cæteri, eius exemplo, eandem per-
sonam eligerent, dicentes intra se: Prior oculus no-
ster nec talem personam nominasset, si ei de illius
innocentia non constaret. Fortè si idem Prior simpli-
citer abulasset, factus esset Abbas. Et satis puto, quan-
tū ex verbis cuiusdā Abbatis, qui mihi retulit, cōjicio,
& tantū fuerit cruciatus in eiusdē monachi promo-
tione,

nione, quātum ille tribulatus extiterat in sua eiectione. Ecce, si astutos & dolosos punit etiam in praesenti Deus, de tribulatione, confusione, & deiectione Praelatorum Ecclesie, hodie magis quam ante nostra tempora abundant exempla. Et hoc fortè ideo, quia Dei voluntas in illorum promotione non fuit. Ipsi regna-

Osee 3.

uerunt, & non ex me, principes extiterunt, & nō cognoui. Verba sunt Dei per os Osee prophetae. APOLLONIVS : Cūm Deus in virtute simplicitatis, sicut probatum est exemplis, plurimum delectetur, puto quod in vitio ei contrario, id est astutia, multum exacerbatur.

*De dupl.
citatē
vitiō.*

CAESARIVS : vitium simplicitati oppositum duplicitas est, cui sodalis est astutia. APOLLONIVS : Vnde dicitur duplicitas? CAESARIVS : A duplici plica. Simplex enim hoc quod dicit, hoc intendit, hoc agit : Duplex autem aliud habet in corde, aliud in ore, aliud agit, & aliud intendit. De quo per Apostolum Iacobum dicitur :

Iacob. 1.

Vir duplex animo, incōstans est in omnibus viis suis. Bonum enim simulat, vt simplices efficacius decipiat.

Eccli. 2.

Vnde per Ecclesiasticum dicitur: Vā peccatori terram ingredienti duabus viis. Tales sunt illi de

Matt. 7.

quibus Dominus dicit : Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Tales sunt multi ex his barbatis, qui in habitu & tonsura religionis terras circumueunt, & plurimos decipiunt. Ex quibus nostris temporibus multi sunt propter sua maleficia interfecti. Et licet quidā ex huiusmodi viatoribus viri sunt sancti, & sine felle, propter malos tamen despiciuntur. Hinc est quod anno praeterito dominus Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus in synodo sua praecipit, ne aliquis illorum in sua diocesi hospitio reciperetur.

CAPVT XXI.

*Exemplū
duplicitatis.*

Non sunt multi anni elapsi, quod quidam sub typo religiositatis Bonnam venit, & simplicitatem simulans, orando, vigilando, atque ieiunando plurimos decepit, quem cūm Canonici eiusdem pagi talem esse putassent, qualem se simulauerat, hospitale illi pauperum commiserunt, cui etiam plu-